

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 302

**Auteur(s)** : Jean, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s)** : Gisors, Saint-Ouen, dépendance Saint-Martin de Marmoutier (prieuré)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1067-1079]

**Action juridique** : autre

**Description de l'original** : chirographe

**Langue du texte** : latin  
chirographe

## Analyse

L'archevêque de Rouen, Jean, confirme aux moines de Marmoutier les biens situés à Gisors relevant du « casamentum » de la cathédrale de Rouen, donnés par Hugues de Chaumont, son fidèle, par l'épouse de celui-ci, qui les avait en douaire (« dos »), et leurs fils Thibaud, Dreux, Hugues et Lambert. Les moines devront toutefois reconnaître que l'église Saint-Ouen de Gisors a été dotée sur des biens appartenant à Notre-Dame de Rouen, en versant chaque année trois deniers d'or le 17 des calendes de novembre (16 octobre) et le prieur du lieu devra trois fois l'an porter les dépêches de l'église de Rouen au roi de France, entre l'Epte et l'Oise. De plus, lorsque les moines recevront la nouvelle de la mort de l'archevêque, ils devront célébrer un trentain, la première messe étant célébrée en présence des moines assemblés, les autres en privé. De même, pour les chanoines défunts, trois messes devront être célébrées en présence des moines et les chanoines feront de même pour les moines défunts.

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

B. Paris, BnF, ms. lat. 12878, fol. 232-232v. Gallica

### Éditions principales

a. Bauduin Pierre, *La première Normandie (Xe-XIe siècles). Sur les frontières de la haute Normandie, identité et construction d'une principauté*, Caen, Presses universitaires de Caen (Bibliothèque du Pôle universitaire normand), 2004, Annexe II, n° 8, p. 373-374.

## Dissertation critique

Les bornes chronologiques de l'acte sont déterminées par celles de l'épiscopat de Jean  
Chirographe : d'après la rubrique de la copie du dom Martène (XVIIIe siècle).

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus sanctae Dei Ecclesiae cultoribus, quod ego Johannes, divina ordinante providentia Rotomagensis ecclesiae episcopus, huic loco consistenti apud Gisorcium qui vocatur Sanctus Audoenus, quicquid videtur habere ipse de rebus quae pertinent ad casamentum Rotomagensis ecclesiae per donationem Hugonis militis de Calvomonte mei fidelis, et uxoris ejus Mehildis, de cujus dote est ispe locus, necnon et filiorum suorum Tetbaldi, Droconis, Hugonis, atque Lamberti, totum ex integro concedo et annuo, corroborando ex mea auctoritate, jure

perpetuo possidendum, ad usum videlicet monachorum ibidem omnipotenti Deo famulantium, conditione posita, ut ipsa ecclesia recognoscat se dotatam de rebus Sanctae Mariae in solvendo annuatim tres aureos denarios, termino constituto XVII calendas novembris, omnibus episcopis qui pro tempore praeerunt praedictae ecclesiae ; additis quoque tribus servitiis quae reddet per annos singulos monachus qui praeerit illi obedientiae, id est legationes portabit ex parte Rotomagensis ecclesiae regi Francorum, tribus vicibus in anno, inter duos fluvios, Etham videlicet et Hyseram, si necesse fuerit. Additur etiam his aliud, quod est maximum, id est cum episcopus praedictae ecclesiae morte finierit, et hoc certa relatione monachis Majoris monasterii cognitum fuerit, praecedente sonitu signorum cum modulatione psalmorum pro absolutione animae illius, sicut monasticus ordo exigit, facient unum trigesimum ita ut prima missa erit in conventu celebrata, aliae vero privatim. De canonicis quoque cum aliquis obierit, et hoc per notitiam brevis monachis compertum fuerit, facto sonitu signorum, tres missae in conventu celebrabuntur pro illorum animarum salute. Haec eadem facient canonici pro monachis, reddentes illis vicem, media interveniente fraterna caritate. Facta est haec conventio in capitulo Sanctae Mariae inter nos et monachos Sancti Martini, quando accepimus beneficium Majoris monasterii per manus domni Bartholomei ipsius loci abbatis, et ipse et monachi ejus similiter a nobis beneficium nostri loci, audientibus et videntibus his quorum nomina subscripta sunt : domnus Johannes episcopus (cruce), Goterius archidiaconus (cruce), Rotbertus archidiaconus, Goslenus archidiaconus, Fulco archidiaconus, Ascelinus decanus, Herluinus, Gotbertus, Ansfredus, Guillelmus Resto, Landricus, Ricardus, Walterius puer, Guilelmus filius Ansfredi, Guilelmus filius decani, Johannes subcantor.